



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 383. Damasi Pap. Annus 17. Gratiani 17. Valentin. 8.  
Theodosii 5. Imppp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**

a Chryf ad pap. Anr-ohar bo. mil. 22.

excitatur & Iohannes Ch ystiformus a. Propterea, inquit, ante Ecclesias & martyrum monumenta pra furiosos pauperes sedent, vt nos ex huiusmodi sicutaculo multum capiamus vtilitatu. At de his haec tenus.

barbarorum stipatus agminibus Italia te infundero: Valentinianus Hunnos atque Alanos appropinquantes Gallia, per Alouanna terras reflexa, excolat tamen non contra Maximum picepue accitos esse Hunnos, sed contra Iuthungos Rharias populates.

Iper haec autem, cum Maximus transiens in Gallias cum Britannis, Armoicos se sedibus eiecisset, atque vberem, sed habitatoribus vacuum regionem in idem Britannis militibus tribuisset: quo nouam coloniam in posterio propagaret; Connani Britanni Reguli, quem Britannoru ducem habebat in exercitu, consilio; & Britannia nouis colonis singulas virgines singulis militibus coningio federandas, missa legatione ad Cornubia in Britannia Regem, expetit. Nihil vilius est negari debere nouo Imperatori, quem in Britannia exortum idem Britannia Reguli omni studio conuoluerit, cum praesertim non si gentilibus suis, in idemque donatis noua prouincia praediuicibus. suas ipsorum filias matrimonio honestissime coniungendas fore, certum haberent. Duabus igitur legionibus Britannicis, pro numero militum, qui tunc in eis reperi fuere, totidem delectae sunt virgines, omnes numero vndeim mille, quarum principem locum tenebat Vrsula Regis Cornubia, nomine Dionoci, filia, desponsa Connano duci exercitus Britannorum. Cunctae Londini collectae, inpositaeque; sunt in uita nauigis: dumque nante soluant Armoicoeum regionem veritas a sua procella impelluntur ad Germanicum litus; ubi dum essent, Melga Piccorum, & Gaunus Hunnorum pyrae, qui pro Gratiano aduersus Maximum mare illud in cursabant, eas nacti, in ipsas insiliunt, vt hostium feminas, seuitiam pugnantur atque libidine. Sed cum hortante Vrsula mortem pati potius delegissent, quam virginei pudoris fete diffendium: barbarico illi in eas inactu furore, quod properarent alio, nec esset otium eas demulcere blanditiis; in ipsas armis vt in hostes insiliunt, trucidantque singulas: quas duplici auctas corona, martyrii scilicet atque uirginitatis, ceulam excepit. Haec quidem ex antiquis monumentis rerum Britanniae excepisse, Gaufridus Episcopus Aphenensis in suo de rebus Britannicis commentario tradit.

IESV CHRISTI Annus 383.

DAMASI PAP. GRATIANO 17. Annus 17. VALENTIN. 8. IMPER. THEODOSII 5.

I.

Q Vi sequitur annus Domini trecentesimo octog. simo tertius, inchoatus est Merobaudes & Saturnino Consulibus, quo & Gratiano decimus sextus absoluitur: Homm Consulatum nota consignatum habetur epitaphiu a sancto Damaso Papa conscriptum uerbis istis, hoc anno b:

Quid loquar aut silens? prohibet dolare ipse fateri. His tamen lacrymas retinet cognosce, parentum Proiecta, fuerat primo conuincta marito Pulchra decore, suo solo contenta pudore. Heu dilecta satis misera genitricis amore. Accipe, quid multum, ab Alani passu fudera prima Erepta, ex oculis Flori genitoris abigit Aetheria, n capiens caeli conscendere lucem. Ha: Damaso praefat cunctis solatia sicut.

Vix, ann. XVI. M. X. dies XXV. Dep. III. Calend. Ian. Fl. Merobaudes et Fl. Saturnin. Coss. Haec Damasus: qui licet summus Pontifex; tamen & in his quoque se serotam Dei seruum exhibuit, vt parentes de siue obitu merentes, ita (vt legitur) scripto epitaphio consolaretur. His occasione nouorum Consulatum positus, iam qua sub iudem hoc anno gesta sunt, videamus.

Hoc anno Maximus Dux exercitus in Britannia tyrannidem arripens, acclamatus a militibus Imperator, transmittens exercitum in Gallias, ab infensis Gratiano legionibus exceptus, Int perium sibi corrobora. haec Victor e & Zolimus d. Treueris ipsum collocaffe thronum Imperii, Gilda e Sapiens tradit, qui & haec de eo summatim habet: Maximus callida primu arripens, quam uirtute, finitimos quoque pagos vel prouincias contra Romanum statum, recta per uirg uentilacis, sui sacroroso regno adnectens, & vnam alarum ad Hispaniam, alteram ad Italiam extendens, & thronum iniquissimi Imperii apud Treueras statuens, tanta infamia in dominos debacchatus est, vt duos Imperatores legitimos, vnum Romanum, alterum religiosissimam uita pelleret, &c. haec ipse. Vt autem obsequentes sibi milites redderet, ea vsum arte, & colorasse mendacia, Pacatus se adit, vt se Theodosio Imp. affinitate coniunctum affereret, quasi eadem ipse, consilio Theodosio, aggressus esset. Asserunt abi, Maximum Britannum genere, ex Helena Constantini matris proflagine originem mentientem, Britannia Regulum ope fultum audax facinus perentasse. Britannu quidem ipsum fuisse, Socrates g tradit de stemmate uero Constantini sibi aliud arrogasse, cognomen Flauum ind. cum est; dicebatur enim ipse, Flauus Clemens Maximus, licet Zolimus b Maximum Hispanum genere fuisse velit.

MAXIMI TYRANNIS.

c Videri in Gratiano. d Z. s. l. 4. e Gilda de excidi. Eritan

f Pacat in Faq. 77. Theodosii.

g Socr. l. 5. c. 11.

h Z. s. l. 4.

II.

Gratianus autem cum se non Britanniae tantum coplis, Galliarumque exercitu deslirum videret, sed & infidos esse putaret; quod & expectus est reliquos, qui apud se erant milites: Hunnos sibi concilians, in Gallias eos vocat aduersus Maximum: quorum alios classe uoluit infestare Britanniam, vt horum fatigatus molestis reuocari ab inceptis Maximus posset: alios uero Alanis conuictos in Gallias propere iussit, vt aliis copiis iungerentur. Sed Gratianus exercitus prodicione extincto, Valentinianus frater, sub pacis spe cum Maximo inuenda, ab eo eos abire mandauit, id quidem S. Amb. obus in relatione ad Valentinianum, Maximo inuolucatum a se fuisse inter alia tradit, cum ait: Vnde autem, quid interit inter tuas uenitatoner, & Valentinianum Augusti pueri mansuetudinem. Tu flagitabas, quod

i Amb. ep. 27.

At licet multa de aliis auctor haebat fabulosa, que ueris non nihil fidei detrahant, vt magno delectu sit liber ille legendus: cum tamen eo loco confutata sit, vt inter apocryphorum quifquilias arbitri confidentes, que magis uerisimilia comprobentur, ea iure deligenda putem: obuiis accepimus manibus, que ab eodem auctore narrantur, quod eadem plurius fulciantur uerisimilib, coniecturis, reliqua uero, que edita habentur Acta, plurius consent cuique prudenter seferre esse figmentis. Diferuimus de his in nostris Notis ad Rom. Martyrologiu, Lindanique Episcopi Gandauensis ueritenditione clarissim ad stipulationem adieimus. Quibus accedant, que uir nobilis & cum primis disertus Marcus Velleus in Fragmentis Itinerariae antiquae tabulae summa pericia illustratis haud pridem edidit, ubi agit de Praetorio Agrippinae ad mare lico: cuius sententiae antiquorum monumentorum fide certa testat, haud inuiti subscibimus. Tu uelim ipsum consulas. Nos iam reliqua percurramus.

Hoc anno res Gentilium Romae mirum in modum collapsae sunt: de impietate sumptibus facticioru ac stipendiis sacerdotum, illud superadditum est, vt Gratianus nomen respueit summi Pontificis; quod haec tenus more maiorum abiq; tamen labe ipsorum sacrorum, Chuliani Imperatores ob summam potestatis amplitudinem retinuerant: sed & Vrbs Praefecto de rebus ad Gentilium superstitionem pertinentibus (quod Pontificum erat) auctoritate tribu: iudicandi, quod ex Symmachii epistolis colligi potest. Verum his accessit, quod cum Praefecturam Praetorii sine Vrbanam Gracchus uir clarissimus candidatus Chulianae religionis gereret, in deiciendis idolis egregiam nauauit operam. Contigisse quidem hoc anno eius Praefecturam Praetorii, complata Imperatorum rescipra declarant: si licet S. Hieron. scribens ad Lazarum eius consanguineam, Praefecturam Vrbanam gessisse

III.

DEI. VR. AVLA ET SOCIIS MARTY. RIBUS.

IV.

V.

k Symmach. l. 5. ep. 22.

l. 3. de quib. C. d. Theod. l. 4. C. de dign. h. 12.

dicat



Ecclesiast.

u. Hier. ep. 7.

b. Prudent. adu. Sym. mach. l. 1. p. Ilicico. las.

c. Zosim. l. 4. GRATIA. RVI REIT. CIT. NO. MILI PON. TII. MAX.

d. Hier. ep. 3. GRATIA. N. ODI. TVE. e. Zos. l. 5. c. 11.

f. Sa. l. 7. e. 1. g. Zos. l. 4.

h. Lugduni.

h. Ruffus. l. 6. c. 14.

licet: sed cum de ea nulla sit mentio penes antiquos, facile crepescere potuit, vel loco Vibianae, Praetoria, vel e comenso Praetoria pro Vibiana sit posita. Porro de zelo noui Hierobaal, haec ipse Hieronymus habet: Ante annos paucos propinquus resser Gracchus nobilitatem patriam suam nomine, cum Praefecturam gereret Vibianae, nomen specum Mithrae, & omnia portentosa simulachra, quibus Corax, Niphon, Miles, Leo, Perles, Helios, Bromius pater imitantur, subuerit, fugit, excussit, & his quasi obfidibus ante praemissa, imperantur baptisimus Christi: Solitudinem patitur & in Vrbe Gentilis: ad quendam nationem cum barbaribus & in solis culminibus remanserunt: vexilla militum Crucis insignia sunt. haec Hieronymus. Sed & Prudentius egregium factum Gracchii ueribus cecinit b:

Iam quid Populicolas? perueram nomine Gracchos  
Iure potestatis fultus, & in arce Senatus  
Praecipuus simulacra deum misisse renelli,  
Cannag. suis pariter lictoribus omnipotentis  
Suppliciter Christo se consecrasset regendos?

Quam autem infenso animo id Gentiles Senatores tulerint, exitus declarant: siquidem fecerit cludere coeperunt Maximus tyranno aduersus Gratianum Imperatorem.

VI.

Porro Maximus quantumlibet esset Christianus, exortemque maxime fiam haberet: tamen caeca dominandi libidine nullam quamuis homine Christiano indignam praetermisit occasionem, qua uniuersum conciliare sibi posset imperium. Quod igitur sciret Senatores, qui erant Romae, Gentiles, ob sublatas aras & sacrificiorum impensas directas, aduersus Gratianum infenso animo esse, eos spe felliciorum euentuum delinicos atque illececos, reddidit sibi deuinctos, maximeque sui cupidos, atque adeo ut nomen Maximi celebrare & extollere, minime uererentur. Nam inter alia a Zosimo e proditum est, quod cum infestando idololatiam Gratianus nomen patitur abiecit, sed iuris ac potestatis conferuanda gratia (ut dictum est) titulo tenus Christiani Imperatores haec tenus retinuerunt: mox illud argumentum in Gratianum scemina iactarunt, ex Symmachii dicto salibus deproptum: Si Principi non uult appellari Pontifex Maximus, admodum breui Maximus Pontifex fiet. haec apud Zosionem. Quae autem illis contulerit Maximus, Gratiano extincto suo loco dicemus.

VII.

At nulla interposita mora, hoc eodem anno, mense Augusto, Gratianus ececidit: de cuius nec haec summatim S. Hieronymus de Gratiano ad exercitum suo proditus, & ob obitu ueribus non receptis, ludibrio hosti fuit: eruentem, non uel vestigia patres tui, Lugduni, testantur. haec ipse. Porro res gesta a Socrate eita descibitur. In rheda, quae lectica speciem praeseferebat, atque a multis gestabatur, Andragathius Maximus dux occultratus, praecipit, ut satellitibus imperatoris denunciret, Imperatoris Gratiani coniugem in ea relictam esse, Imperatorisq; situatione libodanum, qui Lugdunum urbem Galliae praetorsit, transirenti obuiam procedere. Imperator itaq; coniugem esse rati, insidias haudquaquam euitant, sed in hostium manus, tanquam caecum in fossam, imprudens incidit: Nam Andragathus e rheda desiliens Gratianum interfecit: haec ipse, eademque Sozomenus f. Ceterum Zosimus longe aliter rem gestam sic breuiter narrat: Conspicit autem Gratianus primo quidem Mauros equites in uersis discessionem fuisse, atque Maximum Augustum acclamasse, deinde ceteros etiam paulatim ad Maximum partes transire, desperatis rebus, sumptibus, se cum trecentis equitibus pleno cursu cum eis uersus Alpes aufugerebat. Eas cum nonnullis munitis praesidio reperisset, uersus Rhodias, & Noricum, & Pannoniam, & Mysiam superiorem tendebat. Haec illius fuga non neglecta, Maximus Magistrum equitum Andragathum oridunum e Ponto Euaxino, qui esse per amicum in ipsam animo uideretur, cum equis laborum tolerantissimis ad eum persequendum misit. Is impetu contentum Gratianum persequens, cum Sigidanum pontem transitarum apprehendisset, occidit. haec Zosimus, qui tamē in eo lapsus error est, dum Sigidanum pro Lugduno posuit, nam omnes alii, siue his re potibus scribentes, apud Lugdunum ipsum occidit esse testantur, ut Ruffus h, qui cum Hieronymo eadem tradit, nempe suorum magis prodicione, quam uol hostium Gratianum Lugduni occi-

sum esse: Quem uultus affatibus Ambrosium nominasse, ipse in oratione habita in funere i Valentini narrat his uerbis: Tu me inter tua pericula requirebas, tu in tui extremis me appellabas, meum de te plus dolebas dolerem.

Gratianum necem hoc anno, iisdemque Consulibus, octauo Kalendas Septembris contigisse, Marcellinus habet in Chronico. De annis uero, quibus imperauit, Socrates, Sozomenus, & alii tribuere eius Imperio annos quinddecim: ceterum si numeres a Consulatu Lupicini atque Iouini, & eius anni nono Kalend. Septemb. quo a Valentiano patre idem Socrates tradit Gratianum auctum Imperio (ipse est annus Domini trecentis sexagesimus septimus) utiq; repetes ipsum imperasse annos sexdecim & uno die amplius. At minime is assentimur, qui triuaginta etati eius annos uiginti quatuor: nam qui adultus (ut habet Ammianus h) a patre Augustus, creatus est, atque annos sexdecim imperauit, plane numerum illum excessisse oportuit. Triginta octo cum uixisset, apud Valerorem legimus: sed puto legendam, annos uiginti octo, quantum ex Ammiano colligere licet.

Praedicantur a sancto Ambrosio i Gratiani laudatissimi mores, uillis uerbis: Fuit ipse fidelis in Domino, pius atque mansuetus, puro corde fuit etiam castus in corpore, qui praeter coniugium nescierit femina alterius consuetudinem. Ruffus idem Ambrosio alibi in de exitu Gratiani, & fide ipsius: Recordamur aliquam proximum ab omnibus appetitum, a sui desititum ac proditum: qui dudum in fugatu locatu Imperij, subro egens omnium, ab ipso, quorum hereditarium fuerat sortitus obsequium, caput uirgari, in praedictis in exitum, inferentibus mortem, nulla auxiliorum, nullo iam socio sui, nullo comite. Quid aliud melius dixerit, quam quod ex ipso, cui se deuotum, acceperat: Nomen Deo subdit, a erit anima uacat hoc est: Quid me persequimini? Quid seruiat? Quid insultat? Carnem potestis interficere, animam non potestis. Vitam istam corporis potestis eripere, meritum non potestis extinguere. Scriptum est enim: Nolite timere eos, qui possunt occidere carnem, &c. tota namque illa tractatione quod reliquum est usque ad finem, idem sanctus commendans Gratiani pietatem atque constantiam, Maximi crudelitatem exaggerat, Iudeque comparat proditori, Pilatoque duritiem appellat, quod cum ille Christi corpus sepultura mandandum petentibus dedit, hoc Maximus denegasset. Deploret hos mores, haec tempora idem S. Ambrosius, cum in Apologia David, ipsum Regem atque Prophetam commendat, quod cum ei oblata esset occasio nullo negotio, nulloque sui periculo Saul persecutoris i Deo reiecti Regis occidenti, Regnique potandi a Deo sibi uindictione prophetica destinati, abstinent tunc a nece ipsius, expectans, ut a Deo mors eidem inferretur. Atenim o: Quo solo exemplo docuit omnes homines non praecipuum regnum, etiam si debeat, sed expectandum, ut suo tempore deservatur. Vt inam hunc, uirum imitari esset possent, non tantis uellorum pertulissent acerbitates. Arguit, quod uinum occiderat: non considerat, quod doxerit, quem admodum pax Orbi Romano perperit a seruaretur. Nam grati ad huc lumis rursitate quam publico quodam totius Orbi funere appetit, necem Regis exolumus! Huius dura supplicia inde adhuc nobis barbarus hosti insultat, dum parat i uertere se, in nos arma uertuntur. Sic uires ceciderunt publice, sic Romana uirtus sui moribus fracta consenuit, dum publico rapitur patricio, quod paterna sollicitudine religione suscipitur, haec gemens Ambrosius.

Sed sanus Gratiani denegatum a faeno tyranno, celestem nos laudibus, quae ab eius saeculi scriptoribus sunt sine inuidia cumulate: non enim a S. Ambrosio tantum, sed laudatur pariter a Ruffino Gratianus, cum ait p: Gratianum pietate & religione omnes pene, qui antea fuerunt, Principes superabat: uis a morum strenuus, uelox corpore, & ingenio benignus erat, sed iuuenilis exultatione plus sero laetus, quam sufficerebat, & plus ueraculus, quam Republica intererat. Multa magna que Aufonius conegisse de uirtutibus Gratiani in gratianum aetate pro suo Consulatu, ut inter alia: In eibus, inquit, cuius sacerdoti abstinentur carumonia: in uinculis sine mensa frugalior: Operto conlatu turmos ianitorum ara Vestali: non Pontificum cubile castius, nec puluinar Flamini tam pudicium. In officij amicorum non duo paria reddi: anteuens, & quoties

Annal. Eccl. Tom. 4.

Ambr. de u. u. Valent.

VIII.

Gratia. NI.

k. Ammia. l. 27.

IX.

Ambr. de u. u. Valent. GRATIA. NI. MORES. to Ambr. in e. l. 61.

h. Matt. 10.

o. Ambr. in Ap. l. Da. u. 1. 6.

Xi.

p. Ruffus. l. 13.

in obse.



in obsequendo praedictis, et ubi sic videtur tam obnoxio, quam in nobis esse deberet ab imperatore praesentis. Et in festis post nonnulla: Agrotantes amicos Traianus visere solebat: haec enim in eo comitas praedicanda est. Tu & visere solitus & mederi, praebis ministris, in suis cibis, sementa dispensas, sumptum adicis medelaram, consolari affectu, revaliscentibus gratularis. In quot vici de vna cum humanitate progredieris? Legonibus vniuersis, vt in communi marie eorum, si quid oblati acciderat, vidi te circumire tentoria: Satin salua, quae re tractare vulnera sauciorum, & vt saluissere apponerentur medela, atque vt non cessaret, inflare. Vidi quoque iam fastidientes cibos, te commendante sumpsisse. Audui conuersionem ad salutem verba profari, occurrere desideris singulorum, hinc sarcinas nutus alius rebere, hic specialia uomenta praebere, illic ministeria perditorem inflaurare luxuriam: aliorum egestatem tolerare sumpta, horum meditari vt velare vestitu: omnia aegre indidisse & benignae pietate maxima ostentatione nulla: omnia praebere aegris, nihil exprobrare sanatis. haec & alia Antonius Confial.

XI.

Amian. lib. 31.

Cum igitur adeo spectata atque commendata vita existerit Gratianus: miramur vehementer Ammianum, qui cum ipsum laudet, in vana demum studia Commodi decessit tradidit: & que tandem quod feras in viuaris sagittis conficere solet. Quod hoc demum, si re haud illiberali consuevit iuuenis interdum post curas genio indalgeret? Quae hic collatio, vt qui nec pilum habet similitudo Commodi, eundem Commodo comparat? sic quidem Ethnicus scriptor in Christianos Principes parum aequus.

XII.

CR. DE S. AMBROSII EPISCOPI IN GRATIANO.

Post necesse in vero Gratiani nequam extinguitur est Maximus furor, sed cum in alios Gratiani studiosos agentes in Gallis, tum praecipue in Merobaudem Consulem, & Balionem Dacem esse conuersum, Pacatus tradit occisumque illum, istum vero ob metum crudelium crucientorum sibi ipsi motem intulisse, idem affirmat. Sed S. Ambrosius Balionis mortem eidem exprobrauit Maximo, cum Legatum apud eum egit: nam in relatione ad Valentianum haec habet in persona Maximi: Quis, inquit, occidit Respondu ei Balionem. At quem vitam? qualem bellatorem? Haccina fuit ista causa exilis, quod Imperatori suo fidem seruauit? Non ego, inquit, cum ipse occidit. Respondu: Hoc audimus quod occidit istum fr. Sed, inquit, si ipse sibi vim non intulisset, in se iam cum desueti Cabillonum, & ibi vnum exiit. Ergo propterea & illud credendum est, quod eum occiderit. Qui autem sibi parendum putaret, cum occisus sit bellator strenuus, miles fidelis, Comes virtus? haec S. Ambrosius. Sed Merobaudem iniuste Prosper in Chronico infamat de prodicione Gratiani: nam Pacatus virum de hidae fidei erga ipsum Imperatorem plurimum laudat.

XIII.

CR. SIM. 1. 4. LEPTATIO A MAXIMO AD THEODOSIUM.

Post vero exatiatam Maximus crudelitatem, de stabilendo sibi Imperio eum cogitare cepisse, Zolimus tradit, Legatosque misisse ad Theodosium Imperatorem Constantinopolim, vt eius animum exploraret, velletne bello decernere, vel adsciscere ipsum in collegam Imperii. Ille autem temporis rationem ducens, bona spe aluit tyrannum, ne eodem furore, quo ceperat, pergeret, atque superans Alpes, Valentianum in bellem adolescentulum aequae conficeret, rotumque sibi Occidentale Imperium vendicaret. Quod vero tradunt, post Gratiani necem Valentianum, Iustinam, atque Probum Praefectum Praetorio metu deseruisse Italiam, haud quidem hoc anno contigit, sed cum postea ex impulsu Maximus se in Italiam intulit: quando autem id acciderit, suo tempore dicendum est. Ceterum vt facientis tyranni imperus intra Galliarum limites contineretur, qui instar fulguris eodem fecime momento Britannias, Gallias, atque Hispanias reddidit sibi subditas: latentis fuit virtutis, nempe diuini numinis, Maximum id prope nescientem coercentis. At quo modo hoc audi.

XIV.

AMEROS. DIVO RE PROSALE. TE TALLIS. C. P. 105.

S. Ambrosius audito obitu Gratiani, barbarosque omnes sub Maximo militantes ad totius cladem Imperii esse paratos, ac iam iamque in Italiam grassaturos, ab omnibus & vbi que timere: apud Deum sequester pacis accessit, instaque Moysi stetit in e contractione in conspectu eius, vt auertetet itam ipsius, se suaque pro omnium salu-

te deuocens. Obtinuit tandem, quod emittis precibus esse flagitant, sed dispensio castissimae rei, nempe obitu amantissimi fratris Satyri. Testatur quidem id ipse in eius oratione funebri, cum ait: Nihil habeo, quod quaer, sed habeo, in quo Deo gratias agam: quia semper optavi, vt si qua perturbatio vel in Ecclesiam, vel in me maneret, in me potius ac meam reciderent domum. Deo igitur gratias, quia in hoc omnium metu, cum omnia motibus sunt suspecta barbarica, communi mororem privato dolore transigi, & in me conuersum est quicquid timebamur omnes: at que vti nam hic consummatum sit, vt dolor meus publici doloris redemptio sit. Nihil quidem habui, frater charissimi, in rebus humanis tanto fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil carius: sed proflanti priuati publicis, & c. praesentem enim anno obitus Satyri fratris contigit: vt ex eo perspicue potest intelligi, cum idem Ambrosius ait, cum licet i. Symmachi reuocatum, ne ex Africa in Italiam veniret, flagrantem ipsa Italia bello civili, nimirum cum Maximus in Italiam (vt dicemus) ductus diceretur exercitum: ille vero contineri non potuit, quo minus periclitanti fratri Ambrosio praeflo esset.

XV.

Ob cuius prosperum comitatum S. Marcellinam foretorem votum nuncupasse S. Laurentio idem affirmat. Ee quidem plane miraculo accidit, vt & maris tempestate, facto naufragio, liber euaderet, cum & sacrum illud pro salute vaticum secum ferret, nempe sacratissimam Eucharistiam sudario obuolutam atque custoditam: cuius antiqui in Ecclesia moris alibi pluribus meminimus. Sed de nuncupato voto fororis haec ipse Ambrosius: Tuis enim votis apud sanctum martyrem Laurentium impetratum esse nunc cognoscimus comitatum: at que vti nam non solum comitatum: sed etiam pollicem vita tempus rogasse, & c. At quoniam pacto cum periculum euasisset, a Catholicae communionis Antilitate baptizari voluerit, idem prosequitur oratione, cum praesentis temporis rerum statum, & ex his, quae gesta essent, quae proxime fututa timerentur, ita describit: Si nunc vrgeri Italiam tam propinquo hoste cognosceres: quoniam ingenis, ceres, quantum dolores in Alpium vallis summam nostra salutis consistere, lignorumque concadibus confusus marum pondoris? Quae afflictione uareres, in tanto teneri discrimine tuos ab hoste imporo atque crudeli, qui nec pudicitiae parceret, ne saluti? Quoniam inquam, haec modo ferres, quae nos periret, & forsasse quod gratius est, spectare cogemur, 7 ap. virgines, & anulos a complexu parentum paruos liberos supra telia iactari, incensari sacra a Deo corpora, & senilem vidua maturosque vti nam in vltis desectus onerum redire, non pignorum? & c.

XVI.

De sepultura autem Satyri fratris, Dungalus nobilis suorum temporum scriptor, in commentario edito contra Claudium Taurinensem Episcopum ad Ludouicum Pium & Clotharium eius filium Imperatores, his verbis meminit: licet, vt arbitror, Ambrosius suum fratrem, quem nimum dilexerat, iuxta S. martyrem Victorium sepeliri, de quo tres libros edidit egregios, vnum de eius plantis, alteros duos consolatorios de Resurrectione & Paradiso: cuius epitaphium hoc dicit autem trafrastico:

Vranio Satyro supremum frater honorem  
Martyri ad lenam detulit Ambrosius.  
Hac merui merces, vt sacris sanguinis humor  
Finitimas penetrans adhaerens exuuiis. Milla sunt ista nobis haud pridem in lucem vendicata a clarissimo viro & eruditissimo Nicolao Fabro I. C. Parisiensi, cui ex consuetudine literarum intima amicitia contingimur.  
His opportune subiiciendam existimauimus epitaphium S. Marcellinae fororis eiusdem S. Ambrosii, quae iuxta sanctos fratres maluit sepeliri, quam sepulchris patris condi. Accipimus illud ex Codice bibliothecae Basilicae S. Petri, quae vbi post vitam eiusdem S. Marcellinae, haec habetur in scripto:  
Incipit epitaphium S. Marcellinae Virginis.  
Marcellina, tuos cum vita resolveret artus,  
Spreuisti patris corpus fouere sepulchro,  
Cum pia frateris speras consortia somni,  
Sanctorumque cupis caraque quiescere terra.  
Nil longinqua domum casto detersisti amori,  
Afflicta nec morte perit, nam munere laeti

XVII.

Vit. Simil. lit. C. pag. 147.

Rarfus



Rursum tanta soror fraternae reddidit aula. Quamvis magna pro suscipiet Roma dolore, Tertia quod sacri pariter iam diuina sepulchri, Nec tamen angusta sedem qui dixerit aula. Corporis hac domus est, nam te pia virgo, superum Accipit Imperium placidam, ad munera vita Aeterna Christum praetium tibi destinat aula. Praemia dani castu intacta matris honore. Te luli medium transcedit forside cursus. Ete, virgo, tuus transiit ad aethera sponsus. Apparet ex his S. Marcellinam Romae cum virginibus sacris degen- tem, noluisse paterno sepulchro condi, sed Mediolanum transferri corpus suum, ponique apud sanctos Satyrum & Ambrosium fratres, ambo aequae iuxta sanctos marty- res tumulatos. Quam fecerit ipse S. Ambrosius apud san- ctos martyres sepultura locari Christianam hominem; ex eo poteris intelligere, quod ipse etiam voluit sepeliri in Ambrosiana a se erecta basilica, in quam transfuleat corpora SS. martyrum Getulij atque Pionij. Porro id ex maiorum instituto vsu patum, idem affirmat Ambro- sium ipse, siue velimus Maximus Taurinensis cuiusvis al- terutius sit sermo ille) eam ista habet a. Ideo a maioribus praesens est, vt sanctorum ossibus nostra corpora sociemus, vt dum illos tartarus metuit, nos poena non tangat, dum illis Christus illu- minat, nobis tenebrarum caligo dissipat. Cum sacris ergo marty- ribus quiescentes, euadimus inferi tenebris eorum proprii meritis, at tamen confoci sanctitate. haec & alia ibi. Quod vero a ma- ioribus id traditum dicat, plane alludere videtur, quod in sacris coemeteriis, in quibus corpora recondebantur san- ctorum martyrum, Fideles quoque ceteri, qui fide con- stantes in communicatione Catholica diem clausissent extremum, sepelint solent.

a Apud Ambros. ser. 77.

XVIII. h. Paul. ep. 4.

Quia etiam & S. Paulinus Nolani Episcopus imi- tatus esse videtur S. Ambrosium, dum ad finem panegy- rici Celsi pueri habet hos versus: Quae Complures in andasimus, vixit propinquu Communium vincti sedere in arripulis: Vt de vicinis sanctorum sanguine ducit, Quo nostras illo purgat in igne animas. haec Paulinus, qui & litteris interpellat S. Augustinum, vt eodem argu- mento scriberet commentum: Vtrum scilicet prota- licu post mortem, quod corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepelitur. Paulinus id ipse, cum de Cura age- da pro mortuis ad eundem Paulinum tractatum scripsit, quem velim consulas, nobis enim institutum prosequen- di onus incumbit. Intra haec autem, cum tot tantaq; mala ob tyrannidem Maximam in Italia timerentur, perdifficile ac plane de- speratam legationem Valentianum Imperator Ambro- sio credidit ad Maximum, si forte ille ve- ritus sanctitudi- nem viri vbi que spectatam ac predicatam, furentes cobi- bererant impetus dominandi libidine incitatos. Im- menfa plane agebatur molis opus, exundantem torten- tem aliquo posse obice coerceri, incendiumq; extingui, quod vehementioribus flammis ex more Gratiani, vniuer- so sibi vindicato Galliarum exercitu, in Maximo maxi- mum acceperat incrementum. At non cunctatus est sanct. sacerdos opus aggredi deploratum, spem sibi concilians ex diuina potentia, cuius arbitrio cor Regis agitur. Fuit haec prior legatio, postea vero post sequente annum, licet Paulinus scriptor Vitae ipsius Ambrosij ambas in v- num confundat, maximam praedictio veritatis, semel naq; iterumque eodem manere apud Maximum ipsum esse perfectum, eiusdem Ambrosij testificatione liquet de vtraque enim legatione meminit ipse in oratione in fu- nere Valentianum habita, his verbis: Ego tuum iterum Le- gatus repetui Gallias: & mihi dulce illud officium fuit pro salute tua primo, deinde pro pace atq; pietate, qua fraternalis reliquias postulas, nondum pro te securus, & iam pro fraternali sepulchro honore sollicitus, haec ipse. Quae autem extat eiusdem Am- brosij relatio ad eundem Valentianum, posterioris cer- tum est fuisse legationis: nam in ea ipse mentionem facit de prior, vbi ait. Non commississes secundam legationem, nisi pri- mam probasset, cuius quidem Acta licet exciderint, tamen

XIX. LEGATIO AMBROS. AD MAXI- MUM.

c. Ambros. in sua. Val.

quid in egestum sit, satis expressum habetur. Nam i- dem S. Ambrosius in epistola ad fratrem, qua queritur de contumeliis ab ingratisissima Iustina Augusta sibi mul- tis modis frequenter illatis, & inter alia, quod ab ea tyran- nus nominaretur, haec habet d. Non hoc Maximum dicere, quod tyrannus ego sum Valentianum, qui se mea legationis obiectu queritur ad Italiam non potuisse transire. haec de priori lega- tionem: posterior autem haud ita felicem finem consecuta est, vt suo loco patebit. Sic igitur vni Ambrosio acceptu ferendum est, quo minus tyrannus non continuo eodem quo ceperat progredi, impetu atque furore, vni se: iam Italiam imparatam igne ferroque vultaxit. Sed & ex hi- intelligis, turbas illas ab eadem Iustina Arianis stude- re in Ambrosium concitatas, post priorem hanc, de qua eg- gimus, legationem Ambrosij contigisse: vt scias errare Sozomenam atque Sozomenam feas ante Gratiani obitu- tum recententes.

d. Ambros. ep. 37.

e. Ser. lib. 5. c. 11. Esay. li. 7. c. 13.

XX. GRATIA- NI ADVER- SVS IM- PIOS YL- TIMVM. EDITVM.

g. l. 3. de A. post. C. 10. XXI.

Hoc eodem anno, virgente licet Maximi tyrannide, ante obitum Gratiani, mensis Maii, ijdem consulibus, datam reperitur rescriptum Patruj ad Hippatum PP. aduersus apostatas & haereticos: ex quibus plane intelli- gas optimam mentem eiusdem Gratiani Principis maxi- me pij, licet interdum indignissima ipsam rescipuisse dix- erimus fraude Macedonij Magili i officiorum. Sic paten- ti exemplo vides, minime apud Deum Principes excusa- ti, cum ministrorum fallacis ad noxia itatenda decepti aliquando inducuntur. At nouissimam hanc Gratiani sanctionem tanquam testem eius erga Chrytaniam reli- gionem studij de se habebat, quam ipse in procinctu edi- dit militari: est veto huiusmodi: g

Christianorum ad aras & templa migrantium, negata testan- dit licentia, vindicamus admissum. Fornu quoq; flagitia puniantur, qui Christiana religionis & nominis dignitate neglecta, Iudaicis semet pollere contagi. eos vero, qui Manicheorum usum a se- creta, & scelerosos aliquando scilicet malore scissus, ea rogitat atque perpetuo pena comitur, quam vel duras arduis quiter Valentianus adscripsit, vel nostra nihil minus sepius decreta in- serunt. Antiores vero persuasionis huius, qui lubricas mentes in propriam deslexerant consortium, eadem quo reos erroris huius ce- modi pena comitur: quin etiam grauiora plerumque pro noxi- bus Iudicum & qualitate commisi extra ordinem praui in ne- saris sceleris huius artifices supplicia censimus. Sed nouel mortuo- os perpetua vexas criminationis iniuria vel hereditarie questio- nes temporum varietate longorum profus eorum in reuincios semper exagitantur consilium huiusmodi quaffionib; metam tem- poris adscribimus. Vt si quid defensionem violata atque deserta Chri- stiane religionis accusat, eamque in sacrilegia templorum, vel in ritus Iudaicos, vel ad Manicheorum dedecus transisse contendit, atq; gratia testari minime potuisse confirmat: intra quinque mensium iuge, quod cum officiosis actionibus constitutum est, proprias exe- rat actiones: futuris, iudicij huiusmodi sortus exordium, vt eodem in luce durante, cuius praenatio criminanda est, flagitij huius & sceleris particeps fuisse doceatur: publica sub testificatione restatus pro dei iudicium: neq; quam superio nominu tacita pra- stitit perfidiam, sceleribus acquiescent, praenationem denecps tanquam ignarus accusat. Dat. XII. Kalen. Iunij Patruj, Merobau- de II. & Saturnino Cos. At de rebus Occidentalibus huius anni haec tenus: iam ad res Orientis huius temporis enat- tandas styum conuertamus.

S. V. H. 8

XXII. ARCADIVS APPELLA- TYR ATQV SVS.

h. Ser. l. 3. c. 10.

l. 1. de 7. c. 12. l. Marcell. in Chryso

Quod in primis occurrit, hoc ipso anno sub ijdem Consulibus Merobaudes iterum & Saturnino, decimo- quarto Kalendas Februarij, Theodosius Imperator Ar- cadium filium maiorem nam pronunciauit Augustu mi- ta Socrates h. Sozomen. j. Marcellinus & alij. Erat tunc Arcadius annum aetatis agens sextum, natus nimirum sub Consulatu Gratiani quarto & Merobaudis, triennio ante Theodosij patris Imperiam. At pius Princeps patu sibi visus contulisse filio, si Romanum illi tradens Impe- riu, non eque in eum transfunderet pietatem: Gratian, Imp. epistolam iam scripserat, qua eum rogauit, vt egre- gium pietate vitum, qui filium doceret, quaereret, inue- niturque Constantinopolim mitteret. Scripsit ea de re Gra- tianus ad Damasum Romanum Pontificem, qui misit ad eum Arsenium Ecclesiae Romanae diaconum egregia





probitate spectatam & litteris insigniter eruditam. Cui cum Constantinopolim peruenisset, Theodosius filios suos tradidit, moribus ac litteris imbuendos, atque dixit: Post hac tu magis pater coram, quam ego. Accidit & illud memoria dignum: cum enim ingressus scholas, vidisset Theodosius Arianum stantem, Arcadiumque auditorem sedentem, indignatus est, quod magisterii gradum parum decore seruasset, cum stans ipse doceret, Arcadius vero sedens addiceret. Arianus autem cum se excusaret, atque diceret, haud decere sedentem se docere Imperatorem: indignatione ille commotus abstulit ei Imperatoris insignem, sedereque in throno Arianum compulsi, filium vero detecto capite auditorem proficere; illud inculcans, tunc prolem suam vere fore dignam Imperio, sic cum scientia acque imbuta fuerit pietate. Hec quidem pluribus in eisdem Arianis a vita narrantur: & licet tibi de duobus Theodosii filiis mentio habeatur; tamen de Honorio constat hoc tempore nondum natum esse, quem Placilla Augusta peperit anno sequenti, Ricomere & Clearcho Consulibus: aliquis enim quod fecerit duos fuisse Theodosio filios, adfert Honorium.

ARSENIVS  
MAGISTER  
IMP.

apud Me  
saphr. 8.  
Mauri, Sur.  
19. Jul.

Hier. ep.  
27.

Hier. ep.  
9.

XXIV.  
CONSTANTIN.  
TIM.  
d. Sac. h. s.  
c. 10.  
e. 12. l. 7. a.  
c. 12.  
H. 10. de  
bonis pro-  
scrip. l. 11  
de car. C.  
Theod.  
e. Gr. Naz.  
19. A.

XXV.

H. Gr. Naz.  
e. 22  
Gr. Naz.  
SOLICITVS  
PROEC.  
CIBRIA  
PACI.

honore digni habitus sunt, ut ad Deum appropriarent. Quisira te quoque salutamus, & desiderio tuo morem gerentes, verum nostrarum statum tibi exponimus.

Omnia quod nos Dei beneficio recte se habent, hoc vero excepto, quod de Ecclesia anxi & sollicitus sumus tam fidei periturbati. His quicquid opti afferre poteris, omnimodum concordiam & re & sermone impigre conquire: quoniam quidem Episcopi rursus coeunt: ac metuentium rursus est, ne nunc quoque pudore suffundamur, si hac Synodus parum preclarum finem habuerit, quem admodum & prius.

Nam qua nobis contigerunt, ea Deo omnia scienti & cognoscenda & iudicanda relinquentur; etiam si in eundo animo inuidia eorum, qui id appetebant, espimus; non tanquam suam quantum rem, ut plerisque videtur, sed admodum periculosam relinquentes, ac velut ex aspera & graui tempore ad tranquillitatem quendam & tutum portum appulentes. hac ad Saturninum Gregorius. Porro hos magistratus litteris Gregorii admonitos, impigre curas negotium, rescripta Imperatoris ad eundem Posthumianum data declarat.

Conuocati sunt in hanc Synodum omnium vigentium tunc haereticum defensores, qui inter eos principem locum tenere videbantur; ut si fieri posset humanitate Imperatoris, abiecta haeresi, ad Ecclesiam Catholicam reuocarentur; qui vero animo refractario recitarent, legibus punirentur. Quid autem coacta in vnum Synodum actum sit, per pauca sunt, quo significat. Sed quid de his habeat Sozomenus videremus: Imperator Neclarius accersit, & cum eo de futura Synodo communicat, & quae sunt ear, quae haeresis peperissent, ut in disputationem proponeret, minuit, quo vna fieret credendum in Christum Ecclesia, & doctrina consona, quae religio conformari debeat. Neclarius igitur primatum secum meditatus, Agelio Nouatianae Ecclesiae Episcopo, ut in fidei sententiam (in his scilicet, quae ad Nicenum Symbolum pertinent) voluntatem Imperatoris aperiret. Ille vero, qui vii. sanctimoniam operibus repraesentabat, ita in verborum arguitur & lenocinis minime exercitatus erat, sibi considerandum proponebat, si quid factio opus esset. Sin vero displicendum foret, virum producerebat ex lecturis suis tunc vnum, sissimum nomine, sed cui postea idem Episcopatus est commissus, ratione & oratione presertim, qui sacrorum librorum explanationes exacte calleret, & varias eorum cognitorem haberet, quae tam ab Historicis, tam ab Ecclesiasticis auctoribus scripta erant.

XXVI.  
QUIBUS  
CTARIUS  
CPM RA-  
RTICIL.

567. b. 7.  
c. 12.

Qui quidem vir etiam hoc articulo rectissime consulere visus, auctor fuit, ut fugerent institutas cum secularibus dispensationes, utpote rixarum atque pugnarum sonites: sed ex ipso quaerent, reciperent ne eos, qui ante Ecclesiam distractionem interpretes & doctores fuissent scripturae sacrae. Etiam si horum testimonia reciderent (inquit) a suis ipsorum consensibus explenderent: sin autem sufficeret eorum ad controuersias decidendas arbitrabantur, producti oportet illorum libros.

XXVII.

Certo enim sciebat, veteres, qui coeternum cum Patre filium cognouerant, anfos non fuisse dicere, illum ex aliquo principio duxisse originem. Cum igitur & Neclario id se recte habere videretur, & Imperator edictis, consilium collaudasse; animos secularium perentabat, quidnam ipsi de veterum interpretationibus sentirent. Illi ea in agnoscere laudantibus, ipse palam verbis expressit proposuit, nemi illorum dictis in sciendum quaestionibus statari fuit, & facti ne locupletes doctrinae testes esse uiderent. Orta & uera haec quoque rem inter secularium principes disensione (neque enim consimiliter singuli de veterum libris sentiebant) animaduertit Imperator, quod nudi primatum opinionum altercationibus uixit, definitum aliquid pronuntiare detrectaret. Quamobrem damnata haec illorum pernicacia, inquit, ut vnaqueque, secta doctrinae sua bellum ipsi porrigeret.

XXX.

XXXI.

XXVIII.  
PATRUM  
SENTENTIA  
CONCEN-  
TRATA  
H. GR. NAZ.  
c. 11.

Cum itaque huic negotio conficiendo presertim dies adesset, conueniunt in Palatum pro iis, qui consubstantialitatem Trinitatem professantur, Neclarius & Agelius, pro Ariana haeresi Demophilus eius Antistes, pro Eunomianis ipse Eunomius, Eleusius autem & zaci Episcopo pro iis, qui vocantur Macedoniani. Accipis vero singulorum libellis, solos eos approbavit, qui consubstantialitatem Trinitatem asserbant: reliquos vero ut absurdos disrupti, ac Nouatianis quidem hinc praeter sententiam nihil accebat: si quidem conformem cum Ecclesia Catholica opinionem de Deo habebant. Ceteri vero sui ipsorum sacerdotibus indignabantur, quod

quod



CORRIGITUR THEODOSIUS DE TEMPORE

quod eorum Imperator sibi ipsi insensit fuisse aduersari. multique cetero damantur, ad sententiam approbatam concessi sunt. Imperator vero lege lata sancit, ut seclary neque contentus agerent, neque doctrinam fidei proficerent, neque Episcopos aut alios ordinarunt: atque ut aly vrbibus agrisque expellerentur, alij notarentur infamia & Republice confunderentur ac ceteri, participes non essent: & graues quidem legibus adscribebat penam, sed eas non exequebatur: neque enim ut penam irrogaret, sed ut metum incuteret subditis suis. Studebat, ut sibi in diuina concordia fierent: siquidem & illos laudabat, qui sua sponte conuerterantur. haecenus de his Sozomenus. Porro singulas leges, quas hic recenset, inferius describemus. Habet haec eadem Socrates a, & quidem pluribus, additque ob rem praecleara gestam, consilio Syllanii Nouatianum, ipsum Theodosium eisdem Nouatianis fuisse, passumque esse Ecclesiam Constantinopoli habere, contentus agere, fruique priuilegiis, quae Catholicis imperpetua fuissent.

2. Socr. l. 1. c. 10. XXIX. NOVA TYANI DE NOVATIA NIS PATRIM 917. CIRA.

At quoniam suspecta fides est haeceticorum de suis dogmatibus & eorum sectatoribus aliquid affirmantium: eoque nobis dubium redditur, imo (ut verius dicam) mendaciam esse eorum: citur totum hoc, quod de Nectario ait, in causa tanti momenti Nouatianum Episcopum consultasse, atque (ut illud vsurpem) perinde, ac si in Israel Deus non esset, deum Accaron adiuisse. Quis sibi per sua deat, in eam Synodum, in qua fortiores haeresum propugnatores audiendi essent, non vocatos esse: à Theodosio Catholicos Episcopos, qui doctrina ceteris eminenti: ut inter alios Gregorium Nyssenum, quem conitat non solum hoc tempore fuisse superfluum, sed & Episcopos adhuc vixisse annos, Amphilochem Ieonii Episcopum aequae dignitatis, Diodorum Tarsensem, eundemque Nectarium studiosam, & illos ipsos, quos idem Diodorus dederat eidem Nectario in diuinis litteris consultatores atque doctores, ut Eutagrium relictum à Gregorio Nazianzeno praetermittam, atque alios complures, quibus Synodus creditur abundasse, qui omnes Agelium decrepitum senem, & iuuenem Syllanium antecesserit doctrinae retumque peritiam. Quis igitur persuadere sibi poterit, his omnibus posthabitis, Nectarium conuenisse Nouatianos haereticos, eorumque praecipuo duntaxat tantam administrasse, & in tanto negotio, nacentibus reliquis, soli Nectario cum haereticorum antesignanis sermonem habere permillum esse? At quam re vera egregie digneque qui Synodo interfuerunt Episcopi fidei causam praetradidant, vnius ex his exemplo facile poterit intelligere.

XXX. AMPHILOCHII REBARGIT FACTIS VERIS. QUI THEODOSIUM. d. Th. 2. l. 1. c. 26.

Cum enim Theodosius Imper. ob id (ut dictum est) praesent Concilium congregasset, ut haereticos omnes sub vna fide conueneret ad se vocatos, ut beneficentia prouocaret, officis sibi deuincere conatus est: cumque indulgentius, quam par erat, cum his agere videretur, Orthodoxorum non nihil commouit animos: veritatem enim sunt, ne Imperator illorum circumuentus altitua, praiceps abduceretur in haeresin. Quamobrem S. Amphilochem Ieonii Episcopus cum factis, tum verbis redarguit Imperatorem: quo modo autem id se habuerit, res gesta sic à Theodoro b describitur: Cum alio tempore Amphilochem forte intra Palatium esset, videretque assentem Imperatori filium suum Arcadium, qui nuper Imperator creatus fuerat: ipsum Imperatorem Theodosium, ut mos est saluauit ille quidem, sed silem sine honore dimisit. Imperator autem ratus Amphilochem oblitam officij, iubet ad filium accedere, amque seculari. At Amphilochem respondit, factu esse, quod ei honorem habebat. Itaque Theodosius rem acerbe & grauius serens, probrum sibi obiectum, inuicta loco sibi ipsi illate inuenit. Tum sapientissimum Amphilochem declarans Imperatori, quod animo instituerat, contenti voce: Vides, inquit, o Imperator, quam egregie inuicem filium patiare; imo vero illis, qui in eum insultant, vehementer succenset. Credas igitur mihi velle, huius vniuersitatis rectorem Deum, eos, qui contra filium suum vniuersitatem loquentur blasphemias, eisdem deservire, & tanquam ingratos erga Saluatorem & patronum suum odio prosequi. Cuius institutum cum hoc pacto intellexisset Imperator, facta eius dilata, simul adiuuata, legem protinus conserpsit, quae vti erat conuenus ad haereticos agi. & haec Theodoretus.

XXXI.

Qui tamen in eo corrigendus est, & non ab alio, quam

à se ipso, dum sapienter atque haec accidisse, postquam Theodosius à caede Maximianum ab Occidente Constantinopolim reuersus est: nam cum tradat haec facta esse, dum nuper Arcadius Imperator creatus esset, plane in hunc ipsam annum ea referenda sunt, quo constat (ut dictum est) Arcadium creatum fuisse Imperatorem. Ceterum si ad reditum Theodosii à caede Maximianum referas, Arcadium tunc inuenies habuisse in Imperio annos octo: siquidem anno Domini trecentesimo octogesimo octauo, ipso Theodosio atque Cynegio Coss. ab eo occisus est Maximianus: & post tunc in Italia consumptum, anno Domini trecentesimo nonagesimo primo, Titiano & Symmacho Coss. Constantinopolim reuersus est. Sic igitur aperte vides Acta Amphilochem ad praesentem annum referenda esse, quo Arcadius creatus est Imperator, & Synodus Constantinopoli pro pace Ecclesiae conuenit. Sozomenus eadem de Amphilochemo narrat, additque Placillum Augusti enituisse tunc studium, ne vix eius Theodosius circumueneretur ab Ariano, dum ne eorum colloquio traheretur in haeresin, anteaerit.

c. 27. l. 7. c. 6.

Causam quoque Antiochenam de alteratione inter Paulinum atque Flavianum, de qua superiori anno in Romano Concilio actum est, in hac eadem Synodo pertractatam Socrates à videretur annuere, dum ait, Catholicos inter se discordes & opinione diuisos, fauentibus nimium Syris, Phoenicibus, ac Palaestinis Flauiano, Egyptis autem, Cypriis, Arabibusque Episcopis Paulino studentibus; quibus etiam consensisse vidimus superius Gregorium Nazianzenum, qui & recitatis nuper litteris ad Posthumianum Praefectum Praetorio id petiuisse visus est, dum monet, ut dissidentes & factionibus studentes Episcopos, etiam appetus, si opus sit, arguat. At nihil profus hac ex parte in Synodo confectum esse, certum est; proculque abest, ut discordes potuerint in concordiam reuocari; nam eam disensionem post multos annos perfece, alle constat.

XXXII. ANTIQ. CHENVM DISSIDIUM FERREVM RAI. d. 2. l. 1. c. 10.

Quod igitur omnes consentiant, post hanc Synodum à Theodosio Imperatore aduersus haereticos edicta promulgata fuisse: haec eadem describitur, quae ad nominatum superius Posthumianum Praefectum Praetorio data habentur. Verum ante ipsam Synodum, quam inchoatam diximus mense Iunio, idem Imperator ad eundem Posthumianum Praefectum Praetorio mense Maio aduersus apostatas recitatum e dedit. Rursum vero aduersus haereticos, qui minime in Synodo resipuerant, ad eundem Posthumianum mense Iulio haec dixit: fi

XXXIII. THEODO. SUI EDICTA ADVERSUS HAERETICOS.

Omnes omnino, quoscumque diuersarum haeresium error excogitat, id est, Euanoniani, Ariani, Macedoniani, Pneumatomachi, Manichei, Encratitae, Apotactitae, Sacrophori, Hydrotactitae, nulli circuli coeant, nullam colligant multitudinem, nullam ad se populam trahant, nec ad imaginem Ecclesiarum parietes priuatores ostendant: nihil vel publice, vel priuato, quod Catholicae sanctitati officere possit, exercent. At si qui extiterit, qui tam eui lenter veritate transcendit, permissa omnibus facultate, quos recte obseruanti cultus & pulchritudo delectat, communi omnium bonorum conspiratione pellatur. Dat. 8. Kal. Augusti. Constantinop. Merobaudes & Saturninus Coss.

c. l. de A. post. C. Th. l. 1. de ha. r. C. Th. XXXIV.

Rursum vero mense Augusto ad eundem Posthumianum Praefectum Praetorio aduersus omnes haereticos in hunc modum.

g. l. de har. C. Th. XXXV.

Puitorum institutio Deo atque hominibus exosa, Euanoniana scilicet, Ariana, Macedoniana, Apollinarianae, ceterarumque sectarum, quae vera religionis venerabili cultu Catholicae obseruanti fides sincera condemnant, neque publici, neque priuati adstantibus intra urbem atque agrorum, ac villarum loca, aut colligendarum congregationum aut constitendarum Ecclesiarum copiam praesumat: nec celebritatem persulue sua, vel solemnitatem diuinae communionis exercent: neque vllas creatorum sacerdotum vsurpet atque habeat ordinationes. Eadem quoque domus, seu in vrbibus, seu in agris, in quibus passim turbae professorum ac ministrorum talium colliguntur, Fisci nostri domino iurisque subdantur: ita ut hi, qui vel doctrinam, vel mysteria conuentuum talium exercere consueverunt, perquisiti, ab omnibus vrbibus ac locis, proposita legis vigore conserant, expellantur à caedibus, & ad proprias, vnde oriundi

S. V. H. 8.



vrundis sunt, terrae redere iubentur, ne qui torum aut commo-  
di ad qualibet alia loca, aut euagandi ad vrbes habeat potestatem.  
Quod si negligenter ea, qua seruitas nostra constituit, impleantur,  
Officia provincialium iudicum, & principales vrbum, in quibus  
cetero vetita congregationis reuera monstrabitur, sententia damna-  
tionis, subdantur. Dat. III. Non. Septembris. C. P. Marobande II. &  
Saturnino Coss.

Qui igitur legibus Theodosii vetiti sunt conuentus a-  
gere, clandestine illos cogere conati sunt, & inter alios  
quos Saccophoros edictum nominat (erant hi Massaliani  
haeretici, de quibus supra, qui quod sacco induerentur  
a Saccophori sunt appellati) hos Episcopi diuersis in lo-  
cis venati sunt; de quibus Theodoretus b, cum de his a-  
git: Porro, inquit, erroris morbum oculis arentitur, & post re-  
prehensionem impudenter negant se eo laborare: & illi, qui in eadem  
sunt opinione, quam ipsi animo complectantur, Ecclesia intel-  
ligunt. Ob hanc causam Letorius Episcopus Melitenensis Ecclesiae, vir  
singulari studio erga pietatem exarscens, cum videret multa mo-  
nasteria, immo vero speluncas latronum hunc contraxisse morbum,  
ea incendit, & lapsos a grege abiecit. Eodem modo praesanti-  
ssimus ille Amphibolichus vrbs primaria Lyciae pastor & moder-  
ator totius nationis, cum intellexisset eam perniciem illa loca in-  
uasisse, domos repulit, & greges, quos ipse verbo paui, illa lae-  
re purgavit.

Quintianus Flavianus Antiochia Episcopus, vir multorum ser-  
uorum celebratus, cum accepisset hos Edessa aatem egere, & suum  
venenum in vicinorum animos insunderet: missa ad eos monacho-  
rum turba, deluxit Antiochiam; & hibernum, quem pernegab-  
ant, extorsit ad hunc modum. Primum, dixit accensatos ca-  
lumniari, & mentiri testis. Deinde Adelphium admodum senem,  
vnicum ex principibus haereticis benignè vocat ad se, prope asidere iu-  
bet. Tum, Quoniam, inquit, d senex, ad longinquum tempore spa-  
cium vitam propagauimus: idcirco & natura humana & fraudu-  
lenti demonum illucrationum conatus nobis accuratus perspicui  
sunt & cogniti: multoque etiam vsu, qua & quanta sint gratia  
dona, edocui sumus. Ipsi cum sint inuenis, & nihil istarum rerum  
exquisire norint, sermones spirituales audire vix, aut ne vix quidem  
serunt. Itaque tu, quaso, sis mihi, qua ratione affirmetis, & spiri-  
tum contrarium recedere a vobis, & sancti Spiritus gratiam ad-  
uenire?

Hu verbis senex ille delinatus, venenum oculatum exprompsit  
vnicum senem, dixitque diuini baptismi lacram hu, qui eo tradit-  
rant, nihil omnino prodisse, sed solas preces ardentes demonem th a-  
niam habitantem expellere: nam singulos, qui eduntur in lucem, ex  
perno parcente, vt naturam, ita demonum seruitutem traxisse: qui-  
bus ex animis oratione expulsi, Spiritum sanctum deinceps accollere,  
suamque praesentiam tam sensibus, tam visus ostendere, & non cor-  
pore salum perturbationum motibus liberare, sed etiam animum in-  
clinatione ad deteriora prorsus eripere: adeo vt de cetero neque vni-  
quo opus sit ad corpus coerendum, neque doctrina ad reserandam  
eius libidinem, & ad danda praecpta, quibus recta viuendi via in-  
cedere discat: & qui sit huius rei compo factus, non modo a lacrimis  
corporis conuulsationibus liberum fore, verum etiam peruenire futu-  
ra, & sanctam Trinitatem oculis cernere. Itaque deinceps ille Fla-  
uianus: factus isto fonte effusus, & impius cum riuulo patefactus, mi-  
serum suum se assatur. O malis dabus auulsi & inueterate, tuum  
ipsum os te coarguit, haud ego: tua labia contra te testimonium di-  
cant.

Itaque erroris morbo relicto, Syria exatit erant illi quidem, sed  
in Pamphiliam profecti, et eadem pernicie referunt. haec Theo-  
doretus. sed perpetam sane ad tempora Valentianiani atq;  
Valentis referit, cum conuict Flavianum non nisi sub Theo-  
dosio post Meletii obitum, (vt dictum est) sedisse Epi-  
scopum Antiochiae.

Constat etiam aduersus eosdem Massalianos congrega-  
tam esse his temporibus Synodum Syda, de qua haec  
Photius in Bibliotheca: Legimus, inquit, Synodum Sydae  
aduersus haeresim Massalianorum, id est, Euchaitarum, vel A-  
delphorum. Praesuit Synodo Amphibolichus Episcopus Icony cum  
Episcopis viginti quingque. Ex ea Synodo ibi est Synodica ad Flavia-  
num Antiochenum Episcopum, qui ea de causa etiam aliam Syno-  
dam habuit. In eo Concilio Syda habito Adelphus licet penitentiam  
polliteretur, non est admissus, quoniam haereticus decessari videretur,  
quoniam non ex corde penitentia & renuntiatio facta esset, addit

de eiusdem Flavianus Episcopi Antiocheni epistolis scia-  
ptis ad Orosenos & Armenos de damatris Massalianis  
haereticis Adelpho & focis. Ceterum haud hoc tempo-  
re his remediis haereticis extingui potuit; sed aduersus ean-  
dem laborandum fuit Attico Episcopo Constantino-  
politano & aliis, quorum contra euosmodi haereticos scripta  
idea Photius recenset.

Hoc ipso anno Romam se contulit Carthagine Au-  
gustinus, qui sequenti (vt diceimus) Symmacho Urbanis  
Praefectura administrante, ab eo Mediolanum missus  
est. Agebat hoc anno ipse etate viginti nouem annoru  
(vt idem testatur c) quo Carthagine nouit Faustum Mani-  
cheum, cum iam nouem ferme annos in secta Mani-  
cheorum haberet, de pluribus dubitans, quae omnia à  
Fausto fore soluenda, Manichei polliciti fuerant. Ac cum  
longe aliter accidisset: de veritate in ea secta assuetudine  
desperare penitus cepit. Quoniam modo autem iue veni-  
endi Romam consilium inuit, ipsam audi de Posteaquam,  
inquit, ille Faustus mihi imperitium carum artium, quibus cum ex-  
celleret antea, iam apparuit desperare cepti, posse cum mihi illa,  
qua me mouebat, aperire atque dissoluere. & interitus: Respicio  
itaque studio, quo intenderam in Manichei litteras, magis despa-  
rans de ceteris eorum doctoribus, quando in multis, qua me moue-  
bant, ita ille nominatus apparuit: capi cum eo pro studio eius agere  
vitam, quo ipse flagrabat in ea litteras, quas tunc iam Rhetor Car-  
thaginis adolecentes docebat; & legere cum eo, sine qua illud animi  
desideraret, sine qua ipse tali ingenio apta exciperetur. Ceterum om-  
nium conatus meo, quo proficere in illa secta statueram, illo homine  
cognito, prorsus interiecit. Ad de sua Romam profectio  
idem haec habet: Egisti ergo mecum, vt mihi persuaderetur Ro-  
mam pergere, & potius tibi docere, quod docebam Carthagine, ad  
docendum enim Romae potius, quam Carthagine, non  
quaestus maior (vt subdit) eum mouit, sed quod adole-  
centes, qui diuicent, quicquid illi arguerent, quam Cartha-  
gine, vbi illic nimirum insolentia omnia perturbaret,  
nam paulo post: Sed quare hinc abirem, & illuc irem, tu sciebas  
Deus, nec iudicabas mihi, nec matri, qua me profectum atrociter  
placuit, & vsque ad mare secuta est. Sed sefellu eam, violenter me  
tenentem, vt aut reuocaret, aut mecum pergeret, & finis me am-  
icum nolite deserere: donec vento facto, nauigaueris. Et mentis sum  
matri, & illi matri, & eius, & rustum: Resuscitasti sine me redire,  
vix perijussi, vt in loco, qui pro cinibus nostris nauis erat, Memoria B.  
Cypriani maneret ea nocte: sed ea nocte ille ualeo ego profectus sum:  
illa autem remansit orando & fendo. Et tamen (subdit ipse) post  
accusationem fallaciarum & crudelitatis meae, conuictus sum ad  
praecandum te pro me, abiq; ad soluta, & ego Romam. In Vrbe  
cum venisset, apud Manicheum quendam hospitio se  
acceptum tradit e, vbi & agrocauit f. Vt vero conualuit,  
cum Manicheis vt plurimum versabatur, ita tamen vte-  
ius sectae frigidus esset affecto: iano hospitem suum à ma-  
gna fide, in illius haereticis renouere studeret: sed & Helpi-  
dium consilium aduersus Manicheos coram differens scri-  
pta disputatione non nihil se profectus testatur, adeo vt  
contemptui sibi iam illa secta esse ceperit. Romae igitur  
cum versaretur, domi docere rhetoricam cepit, docuit-  
que hoc & sequenti anno, quo à Symmacho Vrbis  
Praefecto, Mediolanum, vt ibi Rhetoricam publice pro-  
ficeretur, ab Imperatore de hoc monito missus est. De  
professione ergo ipsius Roma Mediolanum anno se-  
quenti agemus.

Hic idem annus ille est, quo Vrbs & Italia magna fame  
laborauit: de qua quidem anthona penuria, tum S. Am-  
brosius, tum Symmachus meminere. Et primum quod  
ad rationem temporis spectat, vt dicamus, eam hoc anno  
accidisse, certum illud est argumentum, quod anno ante  
relationem Symmachi ad Valentianum Imp. facta est,  
S. Ambrosius tradit: quam quidem relationem & ab  
ipso Symmacho anno sequenti ab illa penuria esse con-  
suetam cum Praefectura Vrbis ageret, & à sancto  
Ambrosio constat anno item sequenti, suo loco per-  
spicue demonstrabimus. Ob penuriam quidem illa pau-  
peres ab Vrbe pulsos esse, S. Ambrosius doluit, cum in li-  
bris Officiorum haeret: Quanta vos vrilms, quem illud quod  
proxima Roma factum est: entico esse Vrbe amplissima, incolas

XXXVI.  
MASSALIANI DE-  
TECTI A  
FLAVIANO  
EPIS AN-  
TIOCHIE-  
NO.

XXXVII.  
MASSALIANI DE-  
TECTI A  
FLAVIANO  
EPIS AN-  
TIOCHIE-  
NO.

XXXVIII.  
MASSALIANI DE-  
TECTI A  
FLAVIANO  
EPIS AN-  
TIOCHIE-  
NO.

XXXIX.  
SYNODVS  
SYDAE  
CONTRA  
MASSALIANOS  
HAEETICVS.

XL.  
AVGVSTINVS  
AD ROMAM  
VENIT  
ANNO  
CXXV.  
CXXV.  
CXXV.  
CXXV.

XL.  
AVGVSTINVS  
AD ROMAM  
VENIT  
ANNO  
CXXV.  
CXXV.  
CXXV.  
CXXV.

XL.  
AVGVSTINVS  
AD ROMAM  
VENIT  
ANNO  
CXXV.  
CXXV.  
CXXV.  
CXXV.

XLI.  
PENURIA  
VRBS LA-  
BORAT.

XLI.  
PENURIA  
VRBS LA-  
BORAT.

scilicet,



ELICIT  
POPULI  
AB YBRI  
OB FAMEM  
XLII.  
Symmachus  
h. a. 9. 7.  
ADICRI  
EIT SYM-  
MACHUS  
ZAMER  
SACRILE-  
GIO  
\*quet  
Dio hist.  
Rom. li. 37.

Symmachus  
imp. apud  
S. Ambros.

XLIII.  
d. Ambros.  
II.  
CONVE-  
TATVE  
SYMMA-  
CHUS AD  
AMBROS.

felices, qui iam plurimum illis etiam transierant, stantes cum si-  
lio abisset: quibus velut cinibus amolendum exitium deplorarent,  
interruptis complurium necessitudines, disceptatis affectibus. Et  
certe arripit animi fecunditas: invectio Vrbis sola egebat frumen-  
to: potuisset iuari, spererent ab Italis frumentum, quorum filij ex-  
pellebantur. Nihil hoc turpius, excludere quasi alienum, & exigere  
quasi suum. Quid illam egerit, qui de suo passus? Quid illum egerit,  
qui se passus? Seruum retines, traudis parentem: Erumentum suscipis,  
nec afflicti imparti? Victim extorques, nec rependis gratiam?  
Quam deformis hoc, quam male? Quo modo enim potest vile esse,  
quod non deceat? Quanto corporatorum subsistit dudum Roma frun-  
data est: potuit & illos non amittere, & euadere famem, expectatis  
venturum oportuissimum fructibus, & speratarum commectu nauium.  
hactenus Ambrosius.

De his & ipse Symmachus in epistola ad Flavianum  
tunc temporis, ut apparet, conscripserat: ubi haec a inter alia:  
Defectum, inquit, timentis annonae, pulsi omnibus, quo exerto &  
pleno vberis Roma susceperat. Fac ut his remediis conualescamus:  
quanto nobis ad id propinquarem consistat illa securitas? Diu patrii, fa-  
cite gratiam neglectorum sacrorum, miseram famem pelite quam  
primum reuertentur nostri, quos? inuita dimisit haec Symmachus?  
& quidem illud facinus iure improbat, quo liberi homi-  
nes ab Vrbe ea de causa eieci fuerant: nam Augusti tem-  
pore (quod Dio testatur b) ingenti afflictata annoae pe-  
nuria, non liberi homines, sed gladiatores, venaliaque  
mancia tantum vitra octoginta millia passus ab Vrbe  
reieci fuerunt. Porro Symmachus homo versatilis, ab  
occasione deducens argumentum, eandem famem ad  
suum propositum inflectens in relatione, quam anno se-  
quenti ad Valentianum conscripsit, eidem famem ex-  
aggerans, accidit illi eam perferre conatur, quod ademp-  
ti fuerant sacerdotum redditus, atque agri Vestalium  
virginum; ita enim ait: Honorauerat lex: parcentem Vestalium  
virginum ac ministros deorum victimis modica, iustitiam, praesidio: stetit  
munus id huius integritas vsque ad degeneres & rapaces, qui ad mer-  
cedem vilium balitorum sacra & castitas alimenta veterent. Secun-  
da est hoc factum famis publica, & spem provinciarum omnium  
mensis agris decipit. Non sunt hoc vitia terrarum, nihil impudens  
astris, nec rursus segetibus obstat, nec aenea fruges nec auri: sacrilegii  
annus exaruit. Necesse enim fuit parere omnibus, quod religionibus  
negatur, & subdit enim, ad cibum glandium & radices  
herbarum populum ob famem fuisse conuersum: ex qui-  
bus persuadere conatur Imperatori, reddi prouentus ab-  
latos deorum sacrificiisque Vestalibus, ut terra repen-  
deret, quam subtraxerat, abundantiam.

At quam scite prudenterque inania ista ab occasione  
famis deducta a Symmacho argumento refellat S. Ambrosius  
ipsum audi, dum haec ait a post nonnulla de diis: Quae autem  
equitas, ut paucis sacerdotibus dolentes victimam negatum, nisi omni-  
bus daretur, cum in clementer esset vindicta, quam culpa? Non  
est igitur silentia, quo tantam agritudinem mundi fallentis causa  
construeretur, ut in cunctis segetibus solita spes anni aduli moreretur.  
Et certe ante plurimos annos terrarum plura in toto Orbe sublata  
sunt. Modo ne demum diu Gentium vitis in montem suas iniurias  
vltimum iter propterea nec affluat cursum? Nil in inuenimus, ut vrbicorum  
sacerdotum dispendia vinculari, quo non vindictam suorum? Esto  
tamen si superiore anno deorum suorum iniurias vindicatas putat:  
cur praesenti anno conceptus fuerit? Iam enim nec horum annis vultus  
radicibus rusticana plura passitur, nec haec a siluestri explorat solan-  
tia, nec cibum de sentibus rapit, sed operum lata felicitatem, dum iustis  
suis & ipsa miratur, explevit voti satisfactione uentum, usurarios  
nobis reddidit terra prouentus. Quae ergo iam nouum humanum vsu-  
bit, ut vices stupet anorum? & tamen etiam superiore anno ple-  
raque, nouissimis provincias redundasse frugibus. De Gallis quid lo-  
quar solite ditioribus? Frumentum Paenoniae, quod non fecerant,  
venderunt, & succunda Rhodis fertilitatis sua nouis inuadit: non  
qua solent tunc esse tenues frugum ditate hostem in se exercant. Li-  
guriam Venetiam, autum frumenta parauerunt, Ergo necesse sacri-  
legio annus exaruit, & iste sacri fructibus annus effloruit. Neque et-  
iam quod Largo ferri vinea redundauerunt: itaque & missum bene-  
ratum recepimus, & liberalioris videntis beneficium possidemus. ha-  
ctenus S. Ambrosius. Sed de aliis quaeclis Symma-  
chi anno sequenti.

I E S V C H R I S T I  
Annus 384.

DAMASI PAP. VALENTIN. 9. IMP.  
ANNUS 18. THEODOSII 6.

Recentissimus octogiesimus quartus Christi annus,  
Cōsulibus Ricimere & Clearcho notatur, quo Sym-  
machus (de quo nuper facta est mentio) Praefecturam,  
Vrbanam gessit, quod Imperatoris rescripta ad ipsum  
hoc anno data et testantur, licet Paulinus ad alia tempora  
eam referat. Meminit S. Augustinus de ciuimodi Sym-  
machi Praefectura, dum ait, se ab eodem Symmacho Prae-  
fecto Roma missum esse Mediolanum. Sed de Augustino  
inferius. Paulinus autem confandit Praefecturam cum  
Consulatu, de quo suo loco dicendum. Hoc itaque anno,  
quo praefecturam Vrbanam Symmachus gessit. Praetex-  
tatus magni nominis Senator, sed Gentilis, Cōsul est de-  
signatus in annum sequentem, sed infeliciter accidit, ut  
antequam Consulatum adierit, hoc ipso anno moretur.  
De tempore obitus satis liquet ex tribus Symmachi  
epistolis tunc datis de eius obitu ad Imperatores, qua-  
rum postrema de erigenda in eius honorem statua, sicq;  
habet g.

DD. Theodosio & Arcadio semper Augg. Symmachus V. C.  
praefectus Vrb.

Licet Vestitus Praetextatus natura lege solutus sit, viuit tamen in  
memoria & amore cunctorum: atque hoc vno punit inuidiam,  
quod tantum es mors ad gloriam conuulit, ut hinc quoque fortune  
liuor debeat inuidere, domini Imperatores. Nam praeter illum po-  
pulis Romani, in iuratum dolorem, etiam Senatus impatiens dispen-  
dit sui, solatium peti de honore virtutis, vestraeque nomen precat-  
ur, ut in nostram astate mirabilem, statuarum diuturnitas tra-  
dat oculis posterorum. Non quod ille per amia terrena desideret, qui  
gaudia corporis, etiam cum hominem ageret, ut caduca calcant,  
sed quia ornamentis honorum incitatur imitatio, & virtus amula  
aliter exemplo honoris alieni. Hinc factum est, ut rusticis adhuc  
saeculo optimi quoque ciuim manu & vire formati in longam me-  
moriā mitterentur. Atque vnam hinc decori nihil facilius adu-  
larum postea derogasset, quamuis parua non sint, quae diffusi arte  
quaeruntur. Dignum est igitur, ut qui in pectoribus plurimorum ma-  
net sit in ore plurimorum. Ille semper magistratibus suis celsior, in  
alio temperat, in se feruens sine contemptu facili, sine terrore re-  
uerendi. Cui si quod commodum successioni cunctis, id ad testatoris  
proximos mox reuertitur, qui nulla prosperis fractus est, nullis vixit  
aduersa, in doreo nescit largitatis. Ille quem semper inuitum se-  
catus est honor, cuius aequitati conterminis quisque limites suos cre-  
dit. Plura de eo velle, plura de eo debere, sed clementia vestra  
testimonio cuncta seruanda sunt. Illustrior enim laus est de celesti  
profecta iudicio. Ergo ut probitatis patrum dona temporum vestro-  
rum futuris quoque visenda proponite. Certe ille est Praetextatus, quae  
inre Consulatum feceratis, ut Fasti memores celebre nomen extende-  
rent. Alii viles fatalia damnare perarant. Abicit cum homine pre-  
miam, sed vltimum post hominem perferret. Probate, casibus ad-  
uersus gloriam nihil licere. Nam quod meruit a cinibus, singulari  
est: illud multis commune quod perdidit. hucusque Symmachi  
ad Imperatores epistola de licentia erigendae statuae Praetex-  
tato, more maiorum. Non est reiecta petitio, quando-  
quidem obtinuit, quod petiit Symmachus ab Augustis,  
ut memoria Praetextati statua insigniretur: nam quae ha-  
ctenus in eius basi inscriptio integra conseruata, id ad-  
monet, quae paulo inferius reuertitur. Erat adhuc Rome  
tunc, cum ista contingerent, S. Hieronymus sacra volumina  
Paulae & Eustochio alitque sanctissimis feminis Sena-  
toris explicans: id enim in portione nimis illae ab eo  
praesente extorquete solebant, quod ab eo etiam absente  
per litteras id facere consueverunt.

Porro Romae cum esset idem S. Hieronymus hoc tem-  
pore, idem S. Paulae explicuit psalmum centesimum de-  
cimum octauum, & centesimum vigesimum sextum, nec  
non Hebraicum alphabetum, quae extant.

I.  
SYMMA-  
CHUS  
PRAE-  
FECTVS  
VRBIS  
PRO  
IDOLIS  
QVOD  
CL. 4. DE SEN-  
TENTIA EXPE-  
RIT. VI. II. &  
L. 4. DE AP-  
PELL. C. TH.  
Aug. Cōf.  
L. 4. 13.  
Symm. d.  
10. ep. 23.  
24. 25.

Symma-  
chi DER-  
RIGENDA  
PRAETEX-  
TATO STA-  
TVA AD  
IMPER. LIT-  
TERA.

